Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Venere fortunata

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

De Venere Fortunata.

Cum Venus effecta fuerit anni Domina, vel reuolutionis, eaque fortunata extiterit, tam in radice, quam reuolutione anni, beneque collocata fuerit à nec retro gradu, & in bonis cæli locis poſita, vt alias diximus; Iucunditates, felicitates ioca epulas, conuiuia, & letitias affert, inſuper mulierum amores, beneuolentias, ornatus, odores, cultus, delitias, muſicas, & optimas corporis valetudines. Annalis perfectio, & præcipue in horoſcopo ſenſit in coniunctione in trino, vel ſextili Veneris, idipſum pollicetur, quod iam diximus.

De Venere Infortunata.

Quandocunque Venus malè collocata inuenietur in radice, & reuolutione anni, vel etiam impedita curſu fuerit, ideſt retro gradu, vel in Signo alieno eius naturæ inimico, vel in 6. 8. aut 12. commorans, mala ac danna mulierum cauſa promittit, atque ob Venereos actus maxima detrimenta obuenient; infortunia in epulas, potibus atque medicinis innuet, mærores, atque flagella. Cũ horoſcopus proficiſcetur ad Venerẽ de quadrato, vel oppoſitione eadem promittit.

De